Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

coram omnib; Et computatis pretiis illarum inuenerunt
pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita for
titer uerbum dei crescebat et confirmabatur. His autem ex
pletis, disposuit paulus in spiritu transire per macedoniam
et achaiam ire ierosolimam. Dicens. quoniam post quam fuero
ibi. oportet me et romam uidere. Mittens autem in ma
cedoniam duos ex ministrantib; sibi. timotheum et
erastum. Ipse uero adtempus remansit in asia.
Facta autem abillo tempore turbatio non minima de
uia. Demetrius enim quidam nomine argentarius.
faciens edes argenteas dianae. Prestabat artificib;
non modicum questum. Quos conuocatis et eos qui eius
modi erant opifices dixit. Viri scitis quia de hoc
artificio adquisitio est nobis. Et uidetis et audi
tis quia non solum ephesii. sed pene totius asiae.
Paulus hic suadens auertit turbam multam. Di
cens quoniam non sunt dii qui manibus fiunt. Non solum
autem hoc periclitabitur nos pars uiredarguitionem
uenire. Sed et magne dianae templum in nihilum deputa
bitur. Sed et destruet incipiet maiestas eius quam
totius asiae et orbis colit. his auditis repleti sunt ira
et exclamauerunt dicentes. magna diana ephesiorum.
Et impleta est ciuitas confusione. Et impetum fe
cerunt uno animo in theatrum. Rapto gaio et aristar
co macedonib; comitib; pauli. Paulo autem uolente
intrare in populum non permiserunt eum discipuli. Quidam
autem et de asiae principib; qui erant amici eius
miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum.
Alii autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia con
fusa et plures nesciebant quare ex causa conuenissent.
De turba autem detraxerunt alexandrum, ppellen
tib; eum iudeis. Alexander ergo manu silentio
postulato. Volebat rationem reddere populo.
Quem ut cognouerunt iudeum esse. Vox facta est una